

1786 20
1916 2088

DISSERTATIO IURIDICA INAVGVRALIS
DE
PIGNORE VSVCAPTO

QVAM
EX DECRETO
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
PRO
GRADV DOCTORIS
RITE ET LEGITIME OBTINENDO
IN
ACADEMIA LVDOVICIANA

D. XXVII. DEC. CCCCCCLXXXVI.

ERUDITORVM EXAMINI

SUBMITTIT

IOANNES BAPTISTA BERNARDVS
WANKEL
FULDENSIS

G I E S S A E

typis IO. IAC. BRAVNII Acad. typogr.

PIGNORE ARCAE

1724

*REVERENDISSIMO
AC
CELSISSIMO
PRINCIPI
AC
DOMINO
DOMINO HENRICO VIII.
EPISCOPO ET ABBATI
FVLDENSI
S. R. I. PRINCIPI
DIVAE AVGUSTAE
ARCHI - CANCELLARIO
PER
GERMANIAM ET GALLIAM
PRIMATI
ETC. ETC.
DOMINO DOMINO
CLEMENTISSIMO*

HAS
STVDIORVM SVORVM
PRIMITIAS
IN PIETATIS SVMMAE
ERGA PATREM PATRIAE OPTIMVM
QVANTVLVM CVNQVE DOCVMENTVM
DEVOTISSIMA MENTE
OFFERT
OMNEM SIMVL FELICITATEM
TANTO PRINCIPI
PAREM EAMQVE PERENNEM
ET AD LONGISSIMOS SORTIS HVMANAЕ TERMINOS
PROROGATAM
VOTIS ARDENTISSIMIS
PRECATVS

SVBIECTISSIMVS

IOANNES BAPTISTA BERNARDVS WANKEL



DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE
PIGNORE VSVCAPTO

§. I.

INSTITUTI RATIO.

Pignorum tam celebre, tamque frequens,
in foris nostris argumentum est, ut,
quae ad illud iuris spectant quaestio-
nes, iam satis enodatae & discussae vi-
deri possent, praesertim quum non ex-
iguus sit librorum numerus, in quibus pignorum
materia docte & egregie tractatur. Sed enim uero plu-
rimi, qui de pignoribus libros ediderunt, scriptores
pignoris usucapti nullam plane mentionem fecerunt,

A

illud



illud potius silentio praetermittentes 1). Quoniam autem quaestio, quae de pignore vscupto in controuersiam ab aliquibus deducta est, ad nobilissimas iuris quaestiones pertinet, de qua libellus singularis, quantum ego quidem scio, nondum extat, operaे pretium me facturum confido, si illam in specimine inaugurali, a me exhibendo, diligenter penitusque pertractarem.

§. II.

PIGNVS.

Pignus stricte sumtum, & ab hypotheca diuersum, vel sumitur pro conuentione, vel pro re ipsa, vel pro ipsa rei obligatione s. nexus s. iure in re 2). Si illud: *pignus* est *contractus realis*, quo creditori in secu-

1) Sic frusta quaeris *pignus* vscuptum in V. C. Ernst Christian Westphals Versuch einer systematischen Erläuterung der sämmtlichen römischen Gesetze vom Pfandrechte. Leipzig 1770. 8. & in V. C. IOANNIS HENRICI CHRISTIANI ERXLEBEN Principiis de iure pignorum & hypothecarum. Goettingae 1779. 8.

2) §. 4. I. quibus modis re contrah. oblig. I. I. pr. 1. 9. §. 2. D. de pignorat. act. 1. 3. 4. & 13. D. de pignor. & hypoth. I. I. §. fin. D. de paſſis. I. I. D. in quibus causis pign. I. 7. D. de distracti. pignor. IVSTVS HENNING. BOEHMERVS in diff. de diuerſo pignoris & hypothecae iure. In Exercitat. ad Pandect. T. III. p. 802. seqq.

7

securitatem crediti res traditur, soluto debito in spe-
cie restituenda. Si istud: pignus est res creditoris
in securitatem tradita. Si hoc: pignus est ius in re
creditori tradita securitatis causa constitutum & adquisi-
tum. Simili modo & hypotheca a pignore distincta vel
pro conuentione, vel pro re ipsa, vel pro ipsa rei
obligatione iure in re sumitur. Sed hypotheca, vt
pote cuius possessio penes creditorem non est, ad id,
quod tractamus argumentum, plane non pertinet, vt
infra obseruabimus. Ceterum admonendi sumus, pi-
gnus etiam in rem immobilem, & hypothecam in rem
mobilem omnino cadere, ideoque ex rei qualitate nul-
lam inter pignus & hypothecam recte desumi posse
differentiam; quamuis non desint, qui ipsum pignus,
ab hypotheca diuersum, denuo distinguunt, & pignus
in strictissimo significatu acceptum appellant rem mo-
bilem pignori traditam, ein Faustpfand. 3)


Nos in sequentibus vocem pignoris in stricto ac-
cipimus significatu, quatenus hypothecae opponitur,
& ita quidem, vt neque contractus pignoris, neque
res ipsa oppignorata, sed vnicce ius in re ipsum hoc
verbo significetur.

§. III.

VSV CAPIO.

Olim usucapio & praescriptio longissime differe-
bant, cum illa, neutiquam vero haec, ad modos acqui-
rendi

3) conf. Perill. & Magnif. Cancellarius D. IO. CHRISTOPH.
KOCHE,



rendi ciuiles pertineret: quamquam primum *praescriptio longi temporis* in supplementum *vſucaptionis*, & deinde *praescriptio longissimi temporis* in supplementum *praescriptionis longi temporis* introducta, effectum *adquisitionis* sensim suo modo & sub certa forma *praeſinita*, adepta est, ut hoc modo *praeſcribenti* iam ante *IUSTINIANVM* *utilis* in rem *actio* data fuerit. Postea *IUSTINIANVS* & *praescriptioni*, quae ideo *adquisitiua* vocatur, effectum *vſucaptionis* tribuit. 4) Quare hodie nomina *vſucaptionis* & *praescriptionis* *adquisitiua* promiscue *vſurpare* solemus, eaque est *modus adquirendi rem aut ius per possessionem eius qualificatam*. 5)

Ceterum ab *vſucaptione* s. *praescriptione* *adquisitiua* probe distinguendam esse *praescriptionem extinctiua* s. *actionum neminem fugit.*

§. IV.

PIGNORVM DIVISIONES.

Pignora & *hypothecae* varias recipient diuisiones, nimirum I. ratione fundamenti s. *causae efficientis*, II.

ra-

KOCH, Praeceptor meus venerandus, in *diff. de concursu hypothecae specialis & generalis*. §. 2. Giessae 1722.

4) I. vn. C. de *vſucap. transform.*

5) Haec omnia vberius explicata & probata reperimus in *diff. de praescriptione contra ciuitates* §. 2. defensa a GABRIEL. GROENING Giessae 1774.

◆◆◆◆◆

ratione formae s. modi, & III. ratione obiecti. Illa pignorum & hypothecarum diuisio, quae ex diuersitate fundamenti s. cause efficientis descendit, vnicie ad thema nostrum spectat; quare reliquas diuisiones silentio transimus.

Pignus ergo vel *hypotheca* constituitur & adquiritur aut voluntate debitoris alteriusue, cuius res est, quam pro alio pignori dat, aut non. Si prius; pignus voluntarium dicitur, quod alii vocant *priuatum*, scilicet *ratione cause efficientis*. Si posterius; pignus necessarium appellatur, quod alii nominant *publicum*, scilicet *ratione cause efficientis*.

Voluntarium pignus vel conuentione nititur, vel ultima voluntate. Illud, *conuentionale* hoc *testamentarium* audit. *Conuentionale* iterum, prout aut *expressa*, aut *tacita* voluntate datum est, vel *conuentionale expressum* vel *conuentionale tacitum* est. 6) Similiter pignus *testamentarium* in *testamentarium expressum*, & *testamentarium tacitum*, abit. *Necessarium pignus vel a lege datur, vel a magistratu i. praetore.* Prius, legale s. tacitum, *simpliciter* ita dictum; & posterius, *praetorium in genere* vocatur; hocque, prout vel ante sententiam definitiuam ob contumaciam debitoris

B

aliam-

6) IO. NICOL. HERTIVS *diff. de pignore conventionali tacito.*

In EIVS *Commentat. & Opuscul.* Vol. 2. T. 3. n. 16.

Adolph Dietrich Webers *Beiträge zu der Lehre vom stillschweigenden konventional Pfandrechte.* Schwerin

1783.



aliamue ob causam; vel post rem iudicatam, seruandi vel exequendi iudicati causa datur, aut pignoris *praetorii in specie sic dicti*, aut pignoris *iudicialis nomine* venit. 7)

§. V.

PIGNVS VSVCAPTVM.

Et hanc, a nobis repraesentatam, *pignorum & hypothecarum oeconomiam communis Doctorum schola agnoscit*. Quid autem: nonne his pignorum speciebus addenda adhuc est alia, *pignus nempe usucatum*, id est, *pignus s. ius pignoris ex parte creditoris per usucaptionem s. praecriptionem adquisitiuam constitutum* 8) *adquisitum?* Antea iam diximus, (§. I.) hanc pignoris speciem frumenta plerumque queri in egregiis libris, in quibus integra de *pignoribus* materia *pertractata* est. Silentio quoque illa praetermitti solet in optimis *compendiis iuris civilis & commentariis ad Pandectas*. Vir illustris LODOV. IVL. FRIDER. HOEPFNER 8) ad tit. I. de *usucationibus* quidem breuiter adnotauit: durch die adquisitiuam praescriptionem erwerbe ich ein Recht, eine Dienstbarkeit, ein Pfandrecht u. d. g. Sed infra, ubi de materia *pignoris*

7) LODOV. CONRADI SCHROEDERI *Opusculum de natura & effectibus pignoris praetorii atque judicialis, cum ex sententiis iuris Romani, tum ex doctrina Pragmaticorum*. Marburgi 1751.

8) in dem theoretisch practischen Commentar über die Heineckeischen Institutionen, S. 287. Frankfurt 1783.

gnoris agitur, neque in *ipso compendio*, neque in *commentario*, *pignoris usucapti* villa sit mentio.

§. VI.

HYPOTHECA VSVCAPTA.

Hypothecam usucaptam ne singi quidem posse, incerti iuris non est; quoniam *usucapio sine possessione* contingere non potest: 9) in *hypotheca* autem nec res, nec *possessio*, ad creditorem transit. 10)

§. VII.

STATVS CONTROVERSIAE DE PIGNORE VSVCAPTO FORMATVR.

Sermo igitur est de *pignore usucapto*: vtrum nimirum creditor ex sua parte ius pignoris per solam praescriptionem, alio legitimo modo deficiente, constituere & sibi adquirere possit? (§. 5.)

§. VIII.


AD PIGNVS VSVCAPTV NON PERTINENT A. CA- SVS, SI VEL DEBITOR EIVSVE HERES, VEL SE- CVNDVS EIVSDEM DEBITORIS CREDITOR, VEL TERTIVS PIGNORIS POSSESSOR ACTIONEM HY- POTHECARIAM PER PRAESCRIPIONEM

EXTINGVIT.

Ad quaestionem ergo de *pignore usucapto primo*
B 2 non

9) 1. 25. D. de *usurpationibus* & *usucaptionibus*.

10) §. 4. I. de *action.* 1. 9. §. 2. D. de *pignerat. actione.*



non pertinent casus, si debitor eiusue heres, 11) vel secundus eiusdem debitoris creditor, 12) vel tertius pignoris possessor, 13) ius *pignoris* creditoris competens, indeque descendenter actionem, per praescriptionem extinguit. 14)

§. IX.

B. CASVS, SI CREDITOR EIVSVE HERES ACTIONEM PIGNORATITIAM DIRECTAM PER PRAESCRIPTIONEM EXTINGVIT, AVT CREDITOR EIVSVE HERES, VEL TERTIVS POSSESSOR DOMINIVM REI PIGNORI OBLIGATAE PER RESCRIPCTIONEM ADQVIRIT.

Neque ad *pignus usucaptum* referri possunt casus, si creditor eiusue heres actionem *pignoratitiam directam* per praescriptionem extinguit, aut creditor eiusue heres, vel tertius possessor, dominium rei op*pignoratae* per praescriptionem adquirit. Varias Doctorum

- 11) de quo casu disponit l. 1. C. si aduersus creditor. *prae-*
script. 1. 7. C. de praescript. 30 vel 40 annorum.
- 12) de eo quoque casu in cit. leg. 7. fancitum est.
- 13) de hoc casu loquitur l. 2. C. si aduersus creditorem *prae-*
script. oppon. & 1. 8. C. de prae script. 30 vel 40 annor.
- 14) De *praescriptione actionis hypothecariae* commentatus est
Vir illustris IO. LVDOV. SCHMIDIVS in Opusculis de praesi-
criptione praesertim circa pignus. Opusc. III. pag. 197.
seqq. Ienae 1780.

ctorum circa hos casus opiniones congesit a me iam
laudatus V. C. 10. LVDOV. SCHMIDIUS. 15)

§. X.

C. CASVS, SI NON - DOMINVS QVI REM ALIENAM
PIGNORI DEDIT, DEINDE EIUS DOMINIUM
VSVCAPIONE ADQVIRIT.

Denique nec exemplis *pignoris usucapti adnumerandus* est casus, si non - dominus *rei alienae*, a se
pignori obligatae, *dominium usucapione postea adquirit*.

Quamuis enim pignus a *non - domino* ab initio
valide haud constitutum, ex post facto *conualecit*, si
eius *rei* fit dominus: 16) neutquam tamen ipsum
pignus dici potest *usucaptum*, sed retinet potius na-
turam *pignoris conuentionalis*.

§. XI.

CASVS, VBI PIGNVS VSVCAPTVM FINGI POSSET.


Antequam vltierius progredior, non inutile esse
duco, casus inuestigare, in quibus *pignus usucaptum*
fingi potest; quoniam illi Iureconsulti, qui de pi-

B 3

gnore

15) in citt. *Opusculis n. II. de prescriptione actionis pignoratiae.* pag. 89. seqq.

16) 1. i. pr. 1. 16. §. 1. 1. 22. D. de *pignor.* & hyp. 1. 41.
D. de *pignerat.* act. 1. 5. C. si aliena res *pignor.* IOAN.
VOETIVS in *Commentar. ad Pandectas lib. 20. tit. 3. §.*
4. seqq. REINHARD. BACHOVIVS in *tr. de pignor.* lib. 2.
c. 4.



gnore vsucapo loquuntur, de variis his casibus per-
quirendis folliciti haud sunt.

Quatuor dari eiusmodi casus equidem arbitror.
Primus: si creditor possessionem rei *debitoris* sui *pro-
priae* occupat, eamque, non consentiente debitore,
iure pignoris possidet. *Secundus*: si *debitor* rem *propriam* creditor i-
n eum in finem tradiderit, ut fructus
vice & loco *vsurarum* percipiat, sub *expresa* tamen
protestatione, quod res illa ob ipsum creditum *pig-
nori* obligata esse non debeat; 17) creditor vero
nihilominus, licet non consentiente debitore, rem *iu-
re quoque pignoris*, facto quodam nouo interueniente
possidere incepit. *Tertius*: si *debitor* rem, in
eius dominio *reuocabili* existentem, quam in alterius
praeiudicium sine huius consensu pignori dare nequit,
non consentiente illo, cuius *interest*, oppignoravit.
Quartus: si *non - dominus* creditor suo *rem alienam*,
citra consensum domini, pignori dedit. Quem poste-
riorem casum illi ICti, qui *pignoris* *vsucapti* mentio-
nen fecerunt, plerumque comprehendisse videntur.

§. XII.

VARIAE DOCTORVM CIRCA PIGNVS VSVCAPTVM OPINIONES.

Quum quaestio de *pignore* *vsucapo* clara lege de-
cisa

17) *Vera* quidem & *proprie* sic *dicta* *antichris*is non est *sine*
pignore; talis tamen conuentio, per quam *expresse* *pignus*
ab

cisa non sit, aliter euenire haud potuit, quam vt in controuersiam duceretur.

Negant *pignus usucaptum* NEGVSANTIVS, MERLINVS, BACHOVIVS. Affirmant vero GMELINVS & SCHMIDIVS. Horum Iureconsultorum sententias & argumenta ordine nunc referam, meam de hac redeinde dicturus sententiam.

§. XIII.


ANTONII NEGVSANTII.

ANTONIVS NEGVSANTIVS 18) ita scribit: secundo quaeritur, quae est ratio differentiae, quod res aliena non possit obligari, sed bene possit vendi. GLOSSA dicit, quod ratio differentiae est, quia in pignore oportet, quod constituantur ius in re, id est, quaedam obligatio, quod fieri non potest in re aliena, sed in venditione vendor non tenetur, nisi quandam possessionem asininam tradere, & se de euictione obligare: & sic est ius quod constituitur in persona, quod fieri potest etiam respectu rei alienae. Idem tenet BALDVIS dicens, quod ius reale non potest constitui in re aliena, sed ius personale sit, quia res non obligatur, sed persona, & subdit, quod hypotheca non constituitur verbo promissio, sed ver-

bo

ab antichresi separatur, omnino rata validaque est. GARLIEB HANKER in *diff. de vera indole & natura antichresios.* §. 9. defensa Giessae 1783.

18) in *tr. de pignoribus & hypothecis.* P. 2. m. 3. n. 58.



bo effectiu, quia qui obligat, non promittit rem tradere, & quoad ipsam hypothecam non requiritur verbum promissuum. In venditione autem bene cadit verbum promissuum, ex quo oritur obligatio personalis, quae cadit etiam circa praestationem rei alienae quia sua natura non afficit rem, sed personam, vnde nullum est impedimentum ex parte naturae, nec ex parte consensus. Et ex hoc infertur mirabilis subtilitas secundum BALDVM, quod si tu obligasti mihi rem alienam, & ego illam possedi titulo hypothecae longo tempore, non tamen praescribam veram hypothecam: secus est, si res vendatur vel donetur: quia ibi est titulus ordinatus ad praescribendum, qui ortus fuit ex contractu celebrato inter partes & expromissione in eo adiecta.

§. XIV.

MERCVRIALIS MERLINI.

MERCVRIALIS MERLINVS 19) non aliud fecit, quam quod ex NEGVSANTII libro ad verbum fere omnia exscripterit; nouo enim argumento contra pignus usucaptum usus non est.

§. XV.

REINHARDI BACHOVII.

Acutissimus ICtus REINHARDVS BACHOVIVS 20)
ratio-

19) in tr. de pignoribus & hypothecis libr. 2. tit. I. qu. 2.
n. 38.

20) in tr. de pignor. & hypoth. lib. 2. c. 3.

rationem a BALDO & NEGVSANTIO adlatam quodammodo claudicare recte obseruat, in eo tamen consentit, quod, etiamsi creditor longo tempore possederit pignus, non tamen ob id ille ius pignoris adsecutus sit: quia possessio iure pignoris non potest facere, quo minus res sit & maneat aliena: neque pignus sed dominium vsucaptionis est effectus: & lato quidem significatu titulus pignoris dici potest. Sed vtique in materia vsucaptionis titulus iste nullus est.

§. XVI.

CHRISTIAN. GOTTLIEB GMELINI.

Pignoris autem vsucapti patrocinium in se suscepit *Vir illustris CHRISTIANVS GOTTLIEB GMELINVS* 21) celeberr. *Antecessor Tubingenis* hac argumentandi ratione vesus: sicut emtor rei alienae eiusdem non est dominus, sed bonae fidei possessor, ita creditor, cui res aliena pignori data fuit, non verum habet ius pignoris, sed tamen bona fide quasi possidet. Sicuti vero, ut praescriptione ius in re aliquod adquiratur, illud ipsum me ab initio vsucaptionis habere, absurde postulatur, sed bonae fidei possessio sufficit, ita & creditor, qui bona fide in re aliqua ius pignoris quasi possidet, idem vsucapione iussi temporis verum adquirit.

C

§. XVII.

21) in *Commentat. de iure pignoris vel hypothecae quod creditor debitor in re sibi non propria constituit.* Vlmae 1778. 8.

❖ ❖ ❖

§. XVII.

IO. LUDOV. SCHMIDII.

Omnis, quarum copiam nancisci potui, collectio-
nes Consiliorum, Responsorum, Decisionum &c. euol-
ui, dulci spe allectus, me casum, ut aiunt, in ter-
minis inuenturum esse, vbi de pignore usucapo lis
mota illudque contradicto iudicio firmatum fuisset.
Sed iam per aliquot dies oleum & operam perdide-
ram, donec tandem in manus meas venerunt *Viri il-*
lustris IO. LUDOV. SCHMIDII *öffentliche Rechtsprü-*
che, 22) in quibus praeter omnem spem & exspe-
ctionem 23) p. 441. seqq. casum reperi, occasione
cuius *pignus usucaptum* adstruitur. Thēma principale
erat hoc: die ohne Einwilligung des Lehnsherrn von dem
Lehnmanne geschehene antichretische Verpfändung des Lehns
ist nicht ungültig, und giebt dem Pfandgläubiger auch
wider denjenigen, welcher in selbige zwar nicht eingewilligt,
jedoch von Zeit der ihm angefallenen Succession
binnen 30 Jahren solche nicht angefochten hat, ein Recht,
ihm das verpfändete Lehn nicht anders, als gegen Er-
stattung des Pfandschillings abzutreten. In principiis,
quae

22) Integer libri titulus est: D. Joh. Ludewig Schmidts aus Quedlinburg *öffentliche Rechtsprüche zur Erweiterung der praktischen Rechtsgelehrtheit*. Jena 1777. 4.

23) Nam in *Viri doctissimi Institutionibus iuris ciuilis*. Ie-
nae 1771. & supra iam citatis *Opusculis de praescriptio-*
ne, praesertim circa pignus. Ienae 1780. ne unico qui-
dem verbo pignoris usucapti mentio facta est.

quae *Vir Consultiss.* cuilibet speciei facti & rationibus
 dubitandi & decidendi, pro more suo, praemittere
 solet, §. 5. ita ratiocinatur: Wird das antichretisch
 verpfändete Lehn dem Lehnsherrn eröffnet, oder daß annoch
 die Lehnsgfolge in selbiges an solche Agnaten oder Mitbe-
 lehnte gelanget, welche die Schulden des den Lehnsvor-
 satz unternommenen Vasallen zu bezahlen nicht verbun-
 den sind; so können selbige die Abtretung des verpfändet-
 ten Lehn's, ohne Erstattung des Pfandschillings, von
 dem dasselbe besitzenden Pfandgläubiger, oder dem dieser
 solches mit seinem daran habenden Pfandrechte abgetre-
 ten, binnen 30 Jahren verlangen. Hingegen haben sie
 diese vielen Jahre von Zeit der ihnen angefallenen Suc-
 cession vorbeistreichen lassen, und sie fordern das verpfändete
 Lehn nachhero erst von dem Pfandgläubiger oder dessen
 Cessiorar, der solches besetzt, heraus, so hat dieser
 durch solchen langwirigen geruhigen Besitz auch wider sel-
 bige, sie mögen um die Verpfändung gewußt, oder nicht
 gewußt haben, das Pfandrecht mittelst dieser Verjährung
 erworben; (II. F. 9. c. 1. 1. 3. 1. 4. C. de prae script.
 30 vel 40 annor.) daß er ihnen also dieses verpfändete
 Lehn anders nicht, als gegen Erstattung des Pfandschil-
 lings heraus zu geben braucht. Denn da ist ihr Still-
 schweigen, daß sie sich während einer so grossen Reihe
 von Jahren um ihr Recht nicht bekümmert, sondern
 dem Gläubiger das Lehn pfandweise gelassen haben, statt
 ihrer Einwilligung in das Pfandrecht anzunehmen; (arg.
 1. 10. pr. D. si seruit. vind.) daß er also auch wider sie

C. 2

bis



bis zu seiner Befriedigung nunmehr an dem Lehen die Retention ausüben kann. (1. 6. §. 9. D. commun. divid. 1. 10. C. pignor. act.) Eadem deinde in *rati-*
nibus decidendi dicuntur, quas, ne lectoribus naufragem
creem, hic non addo.

§. XVIII.

QVAESTIO PRAEIVDICIALIS: VTRVM CREDITOR
PIGNORATITIVS SIBI SVOQUE NOMINE
POSSIDEAT.

Sed antequam ad pleniorum principalis quaestio-
nis discussionem accedo, opus est, ut quaestio prae-
iudicialis: *Vtrum creditor pignoratitius sibi suoque no-*
mine possideat? resoluatur.

Nam si haec quaestio neganda est, certissimi &
liquidissimi iuris est, quod pignus usucatum non de-
tur.

Sunt plures ICti, & inter hos adeo CVIACIVS,
ex quorum sententia creditor pignoratitius non sibi,
suoque nomine, sed debitori, eiusque nomine, ideo-
que debtor per creditorem possideat.

Varia pro stabilienda hac sententia proferri pos-
funt iuris loca. MACER 24) ait: *Creditor qui pignus*
acepit, possessio non est. IVLIANVS 25) docet: *Qui*
pignoris causa fundum creditori tradit, intelligitur pos-
fidere.

24) I. 15. §. 2. D. *qui satis dare cog.*

25) I. 36. D. *de adq. vel amitt. poss.*

sidere. PAVLVS 26) inquit: *Pignori rem acceptam non usucapimus, quia pro alieno possidemus.* Ipse quoque IVSTINIANVS 27) affirmat: *creditorem, pignus tenentem, imaginem debitoris obtinere, eique possidere, utpote possessione apud ipsum debitorem constituta.*

Sed salua res est. Ut que enim & debitor & creditor vere & proprie possidet, sibi, suoque nomine, animo rem sibi habendi ex iure quodam in re, ideoque utriusque possessio civilis in genere est. Et debitor quidem rem possidet animo, opinione & affectione domini & rem sibi habendi ex iure dominii, quae possessio civilis in specie vocatur. Eatenus ergo creditor rem pro alieno possidet. Verum creditor rem pignori datam possidet sibi, suoque nomine, animo, opinione & affectione creditoris & rem sibi habendi ex iure pignoris, quae possessio naturalis, & quidem a quibusdam qualificata, vocatur; probe tamen distinguenda a nuda detentione s. possessione nude naturali s. possessione improprie dicta, quam habet conductor, commodatarius &c.

Illa quoque creditoris possessio claris legibus fulcitur. FLORENTINVS: 28) *Pignus manente proprietate debitoris, solam possessionem transfert ad creditorem:*

C 3

potest

26) I. 13. D. de usurp. & usucap.

27) in I. 7. §. 2. C. de praescript. 30 vel 40 annor.

28) I. 3§. §. 1. D. de pignor. alt.



speciem referuntur (a). Potissimum vero obseruan-
dum, quod pleraque earum, malitiosae desertioni
adnumerari soleant, eoque propter, si vnum alterue
nocens iudicatur, is etiam commodis communionis
bonorum indignus est, ea igitur ipsi auferuntur, ac,
innocenti tribuuntur, bona autem, quae in commu-
ne contulit, integra recipit, & satis punitus videtur,
quod aliquod damnum patiatur (b), & spem lucri
faturi amittat.

§. XVIII.

Supereft, vt de eo casu adhuc verba faciam, fi
diuortium decernitur, neuter vero coniugum nocens,
neuter innocens dici potest. Sic propter odium im-
placabile interdum coniuges fecedunt, & ad instan-
tiam, spe reconciliationis penitus cessante, matrimo-
nium tollitur (a). Hoc odium, rarissime vni tan-
tum imputari potest, saepe vterque peccauit, & cum
altero in pari reatu est; hinc ytriusque aequalia iu-
ra, aequalia commoda atque incommoda. Si praete-
rea propter defectum virginitatis, vim metum-
que, aut impotentiam antecedentem matrimo-
nium

(a) vid. de his BRÜKNERVM cit. cap. XVI; & WEYERVM P. I.
Thes. XXVIII. §. 3.

(b) HEIGIVS P. 2. Qu. 33. n. 4. CARPZOV P. 3. Const. 26.
def. 9. n. 4.

(c) LANGE I. c. IX. Hauptst. §. 1.

nium pro nullo declaratur, aut dissoluitur (b), tunc accusatus quoque violationis fidei coniugalis argui nequit, quapropter in his similibusque causis etiam poenam non incurrit. Quando itaque, de ineunda bonorum diuisione quaestio oritur, neuter alteri aliquid potest auferre atque detrahere. Quum vero non de diuisione, sed de separatione & dissolutione societatis agatur, bona, quae communia fuerant, non aequaliter distribuuntur, sed quilibet recipit, quod in commune contulit, adquaestus vero, tanquam commune commodum, aequa lance diuiditur.

§. XIX.

Quae haecnus exposui, concernunt iura coniugum, quorum societas matrimonialis dissoluitur, sine respectu, an liberi ex matrimonio procreati adsint, nec ne? His igitur existentibus, iura eorum salua esse debere, dubio caret. Apud innocentem itaque ex parentibus educantur, nocente ad sumptus educationis, ex bonis propriis pro rata concurrente (a).

SECT. III.

(b) conf. BRÄKNER D. M. cap. XX - XXIII. LEYSER sp. 315.
I. H. BOEHMER in consultat. T. III, P. I. Resp. 96. &
103.

(a) R. FR. TERLINDEN Entwurf der Rechtslehre von der Gemeinschaft der Güter unter Eheleuten, §. 59 & 112.



tio fiat; principiis & analogiae iuris maxime consente-
taneum esse videtur, creditorem *vsucapione* etiam *ius*
pignoris constituere sibique adquirere posse, quum *alia*
quoque *iura in re aliena usucaptionem*, aut si maius,
praescriptionem *adquisitiuum* admittat.

§. XX.

ARGVMENTA CONTRA PIGNVS VSVCAPTVM.

Sed, vt mea fert opinio, *pignus dari usucaptum*
rectius negatur. Etenim I.) nulla in toto iuris ci-
vili Corpore extat *lex*, quae *pignus usucaptum* vere
& expresse arguat: in iure autem *positivo* non *ius*,
quod legislator constituere potuerit, sed quod ab
ipso constitutum sit, respicere iudicem oportet; quod
innumeris exemplis illustrari posset, nisi hoc extra
aleam positum esset.

II.) In legibus *Digestorum & Codicis* 36.) *rei alienae oppignoratio*, non consentiente domino facta, pro
nulla & inualida declaratur: aliquibus tamen *exceptis casibus*, in quibus vel ab initio valet, vel ex post-
facto conualescit, *rei alienae oppignoratio*. Sed in
nulla lege *pignoris usucapti* mentio sit. Ergo vale-
re debet notissimum illud iuris brocardicum: *exceptio*
fimat regulam in casibus non exceptis.

III.) In l. 6. C. si aliena res pignori data sit re-
scripsit
36) conferatur praeципue tot. tit. C. si aliena res pignori da-
ta sit.

❖ ❖ ❖ ❖

scripsierunt Imperatores DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS, quod debitor, qui creditori suo rem alienam dat pignori, se magis contrario pignoratatio obliget iudicio, (actioni pignoratitiae contrariae) quam quidquam domino noceat, cum Seruiana etiam actio declareret euidenter, iure pignoris teneri non posse, nisi quae obligantis in bonis fuerint. Si vero oppignoratio rei alienae a non - domino, inuito domino, facta huic quidquam nocere non debet, nec illa creditori iustum & habilem ad usucapiendum ius pignoris contra dominum titulum praebere potest. Quodsi nihilominus usucaptionem iuris pignoris contra dominum admittere quis vellet, euenire posset, ut creditor ius pignoris usucaperit, quamvis ipse debitor, qui rem alienam pignori dedit, dominium rei per praescriptiōnem nondum adquisuerit, ideoque res adhuc sit aliena: quod tamen perquam foret absurdum. Fingamus: non - dominum, rem alienam, ut suam, bona quidem fide, sed sine iusto titulo possidentem & creditori suo, in bona etiam fide constituto, pignori damtem. Creditor in hoc casu ius pignoris, vero rei dominio praesente, usucaperet 10 annis; debitor vero ipsum rei dominium demum per praescriptionem 30 annorum adquireret. Quod tamen nullo modo concedi potest, cum clara legis 6. cit. verba nos doceant, quod oppignoratio a non - domino facta quidquam domino nocere non debeat.



IV.) Ceterum non video, quomodo extende, quod in legibus Codicis loquendi formulae *titulo pignoris rem accipere* — *titulo pignoris rem obligare* — *titulo pignoris rem vendere* — occurrant, inferri possit, *ius pignoris posse usucapi*. Titulus enim causam possessionis significat. Creditor autem *pignoratius* vere & proprie, & quidem ex iure in re, quod *pignus* vocatur, possidet; (§. 18.) recte igitur dicitur, debitorem *titulo pignoris rem obligare*, & creditorum illam *titulo pignoris accipere*.

§. XXI.

INCVDI REDDITVR CASVS SCHMIDIANVS.

Nonnulla adhuc circa easum, a D. SCHMIDIO relatum, & argumenta, ex quibus ille decisus est, obseruanda restant. Me iudice, *Vir illustris praescriptionem iuris pignoris adquisitiuum neutquam probavit*. Nego, quod per possessionem a creditore *pignoratio* - *antichretico* per triginta annos a tempore successionis in feudum domino directo aut agnato, qui in *pignus antichreticum*, a priore vasallo datum, haud consenserunt, delatae continuatam, *ius pignoris* contra dominum directum aut agnatum adquiratur. Textus II. F. 9. §. 1. non agit de *praescriptione iuris pignoris*, sed de *praescriptione dominii*, a vasallo alienati; prout ipse D. SCHMIDIUS 37) illum textum alio loco interpretatus est. Leges vero 3. & 4. C. de *praescript.*

37) in *Opusculis de praescriptione*, Opusc. 4. §. 9. seqq.



Script. 30. vel 40 annorum non loquuntur, ut omnes norunt, de praescriptione adquisitiva, sed extinctiva s. actionum. Praescriptio autem extictiva, cuius finis est, ne lites sint immortales, non habet effectum ad quisionis, sed tantum exceptionis.

Nego, quod ex silentio 30 annorum 38) & quia dominus directus aut agnatus per illud tempus actionem feudi reuocatoriam non instituit consensus in pignus, a priore vasallo datum, colligi possit. Nam consensus eorum expressus vel tacitus requiritur, imo ne tacitum quidem consensum admittere vult iust. HENNING. BOEHMERVS. 39)

Quid quod! si consensu domini aut agnati tacito pignus valorem accepit, proprie dici haud potest, quod sit per praescriptionem adquisitum.

Et si ex silentio domini aut agnati consensum in pignus colligere volumus, cur requirimus silentium

D 2 tri-

38) In *Tur. feudal. Alemann.* c. 26. continetur: si vasallus feudum oppignorat sine consensu domini, & creditor id per annum & diem quiete possidet, vt dominus nec oppignoranti, nec cui oppignoratio facta est, contradicat, valet oppignoratio, nec conuenire amplius dominus vasallum exinde potest: atque si feudum domino apertum fuerit, tenetur id reluere dominus. conf. SCHILTER in *Commentar.* ad hunc loc.

39) in *diff. de hypotheca feudali expressa* c. 2. §. 5. In *Exercit.* T. III. p. 888.




triginta annorum? Lex 10. pr. si seruitus vindic. 40), male a D. SCHMIDIO in obvio casu allegata, contra ipsum pugnat, & vi huius legis regulariter sufficeret silentium 10 aut 20 annorum. Me quidem haud latet, quod tempus ordinarium praescriptionis feudalis, sive adquisitiuae, sive extintiuae, sit XXX annorum; 41) sed pignus aut hypotheca feudalis non est ius feudale, sed allodiale, ad ius creditoris pertinens a nexu feudali immune; 42) praescriptio ergo pignoris in feudo adquisitiua, si illam admittere vellemus, non esset praescriptio feudalis, sed allodialis, ideoque tempus huius praescriptionis non ex praeceptis iurisscientiae feudalis, sed ex sanctionibus iuris ciuilis definitum foret.

Quod creditor pignoratius iure retentionis uti possit, notissimi iuris est. Si ergo verum esset, quod in casu SCHMIDIANO pignus illud antichreticum a de-

40) VLPIANVS scribit: si quis diuturno usu, & longa qualitate possessione, ius aquae ducendae nactus sit, non est ei necesse docere de iure, quo aqua constituta est, veluti ex legato vel alio modo: sed utilem habet actionem, ut ostendat, per annos forte tot usum se, non vi, non clam, non precario possedisse. Quidam ICti ex hac lege derivant seruitutem praescriptionem quandam extraordinariam, quam tamen alii admittere nolunt, conf. HELLFELD in Iurispr. for. §. 629, ibique allegati scriptores,

41) II. F. 26. §. 4.

42) G. L. BOEHMER in Princip. iur. feudal. §. 271.




defuncto vasallo sine consensu domini & agnatorum datum, contra hos per *praescriptionem* sit *constitutum* & *adquisitum*, tunc possessori huius pignoris antichretici *ius retentionis* minime denegari posset. Leges excitatae 6. §. 9. D. *commun diuid.* & 1. 10. C. de *pignor.* act. de casu Schmidiano haud loquuntur, sed generaliter tantum disponunt, quod *creditor pignoratius* iure *retentionis* gaudeat; supponitur autem *pignus legitimo* quodam modo *constitutum* & *adquisitum*. Quamvis vero, ut mea est opinio, *Vir celeberrimus praescriptionem iuris pignoris adquisitiuum idoneis rationibus & argumentis* haud confirmauerit, ipsi tamen decisioni & sententiae ab *inclyto ICtorum Ienensium Ordine latae* subscribo, & quidem ex sola ratione *praescriptionis extinctiuae*, quippe quae possessori *praebet exceptionem*, qua se contra actorem tueri potest, donec ipsi de debito sit satisfactum.

Sed, quod probe notandum est, haec *praescriptio extinctiua* non habet *effectum adquisitionis*, ergo nec actionem parit. Ponamus igitur, quod in casu Schmidiano *creditor pignoratius*, postquam *pignus*, mortuo vasallo oppignorante, per XXX. annos possedit, fortuito casu possessionem pignoris perdiderit, eamque dominus aut agnatus adquisuerit. Dabimusne creditori illi pignoratio, postquam rem *desit posside-re*, actionem *hypothecariam*? Si cum D. SCHMIDIA statuis, quod *ius pignoris* antichretici per *praescriptio-nem*



nem tricennalem sit adquisitum, prona est consequentia, vt creditor ille pignoratius quoque pignus *actione hypothecaria* vindicare queat a quocunque possessore. Si autem, vt ego credo, *praescriptio iuris pignoris adquisitiua* legibus est ignota; in casu Schmidiano creditor pignoratius, si *possessione* caderet, eamque dominus aut agnatus adquireret, *actione hypothecaria* experiri haud posset: *praescriptione* nimirum tricennali *extinctiua* tam diu solum tutus ac munitus, quamdiu possidet, vt rem vindicare volenti opponere queat *exceptionem praescriptionis*, & hoc modo *possessionem suam tueri.* 43.)

43) conf. l. 8. C. de *praescript.* 30 vel 40 annor.




T H E S E S

I.

Passus contradicti in Capitulatione caesarea non habent valorem legis.

II.



II.

In causis Concordatorum Nationis Germanicae, si de eorum violatione lis mouetur, utriusque summi imperii tribunalis iurisdictio fundata est.

III.

Priuilegium alicui concessum non impedit Principem, quo minus & idem priuilegium alteri concedere possit: nisi aliter sit conuentum.

IV.

Distinctio inter Legem dioecesanam & Legem iurisdictio-
nis sua non caret utilitate,

V.

Si eligibilis cum pluribus postulabilibus, aut cum postu-
labili & alio eligibili, concurrit, eligibilis non vincit, si ter-
tiam votorum partem praecise habet.

VI.

Dispositio 1. 3. C. de *secundis nuptiis* etiam in marito
binubo obtinet.

VII.


Liberi legitimati in feudis non succedunt.

VIII.

Litterae inuestiturae priores non semper derogant poste-
rioribus.

IX.

Testamentum coram iudice extra districtum iurisdictionis
suae constituto conditum hodie non valet; idque multo magis
tunc



tunc dicendum est, si index extra territorium Principis sui testamentum recepit.

X.

In actione negatoria non actor, sed reus probare debet.

XI.

Nec mercatoribus iure communi permisum est, maiores solitis usurpas accipere.

XII.

Pupillis & minoribus usurpare, et si nec promissae sint, nec interpellatio diei aut hominis s. mora ex persona, adsit, tamen debentur ex mora, ut aiunt, ex re s. ex priuilegio; sed harum usurparum cursus adepta maiorenitate finitur.

XIII.

Plures eiusdem delicti correi ad expensarum solutionem in solidum tenentur; nisi unus facto suo proprio, aut pertinaci inficiatione, aut mendacio fecerit, ut maiores sumptus inquisitionis insumi debuerint.

XIV.

Restitutio rei furtivae aut praestatio aestimationis, etiam post inquisitionem specialem facta, iure communi poenam mitigat.



Zießen, Diss., 1781-92



V
D
18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



TATIO IURIDICA IN AVGVRALIS

DE

DORE VSVCAPTO

QVAM

EX DECRETO

IVRECONSULTORVM ORDINIS

PRO

ADV DOCTORIS

LEGITIME OBTINENDO

IN

ACADEMIA LVDOVICIANA

XVII. DEC. CCCCCLXXXVI.

ERUDITORVM EXAMINI

SUBMITTIT

BAPTISTA BERNARDVS

WANKEL

FVLdensis

GIESSE

IO. IAC. BRAVNII Acad. typogr.

1786

1786

20